

quomodo venemur, ita docet:<sup>42</sup> *In unam vero ideam respicientem ducere ea, quae multis in locis sparsa sunt, ut singula definiens clarum faciat, de quo semper docere velit, sicuti nunc quidem de amore quid est, definiens. Quo autem modo definitionem assequi queamus, in*  
 5 *Menone ostendit, dum admonet id, in quo multa conveniunt, seligere et ex multis unum colligere:*<sup>43</sup> *Id quod in omnibus hisce idem est. Atque ideo definitiones in Phaedro συναγωγάς appellavit, collectiones, sic etiam in Philebo docuit, quae in multis sparsa sunt, in unum colligere:*<sup>44</sup> *Oportere ergo nos his ita exornatis, semper*  
 10 *unam ideam de omni re ubique ponentes quaerere, inveniemus enim, quia inest.*

Qua inventa divisionem adhibere docet:<sup>45</sup> *Quando ergo assecuti fuerimus, post unam duas, si forte sunt considerare, vel si non, tres vel quempiam alium numerum et illorum<sup>ix</sup> unumquodque rursus*  
 15 *eodem modo, quousque quod a principio {unum}<sup>x</sup>, non quod unum et multa et infinita sunt, tantum sciat quis, sed et quot: hanc viam a diis nobis datam. Quod de philosophia alibi vidimus ab eo dictum, hic repetit:*<sup>46</sup> *Deorum quidem in homines dona, ut quidem videtur mihi unde a diis fluxerunt, aliquem Prometheum simul cum lucidissimo*

<sup>42</sup> εἰς μίαν τε ιδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῆ διεσπαρμένα, ἵνα ἕκαστον ὀριζόμενος δῆλον ποιῆ περὶ οὗ ἂν αἰεὶ διδάσκειν ἐθέλη, ὥσπερ τὰ νῦν δὴ περὶ Ἐρωτος ὃ ἔστιν ὀρισθέν. [PLATO, Phdr. 265.d.3 – 6]

<sup>43</sup> τὸ ἐπὶ πᾶσιν τούτοις ταυτόν; [PLATO, Men. 75.a.4 – 5]

<sup>44</sup> δεῖν [δεῖ] οὖν ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκομημένων αἰεὶ μίαν ιδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν, εὐρήσειν γὰρ ἐνούσαν. [PLATO, Phlb. 16.c.10 – d.2]

<sup>45</sup> ἐὰν οὖν μεταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἴ πως εἰσὶ, σκοπεῖν, εἰ δὲ μή, τρεῖς ἢ τινα ἄλλον ἀριθμόν, καὶ τῶν ἐν ἐκείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως, μέχρι περ ἂν τὸ κατ' ἀρχᾶς {ἐν} μὴ ὅτι ἐν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρά ἐστι μόνον ἴδη τις, ἀλλὰ καὶ ὅποσα. [PLATO, Phlb. 16.d.3 – 7]

<sup>46</sup> θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις [δόσεις], ὥς γε καταφαίνεται ἐμοί [μοι], ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη [corr. ex ἐρρύθη] διὰ τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ {τινὶ} πυρί. [PLATO, Phlb. 16.c.5 – 7]

<sup>ix</sup> Corr. ex illorum virorum

<sup>x</sup> I u citatu i u prijevodu ispušteno je unum, odnosno ἐν, zato je i latinski prijevod drugačiji od standardnog.